

125. Libri ἀδάμαντον. Correxerit Bothius.

128. Libri ἔχουσα σέμν' ἐνώπι' ἀσφαλές. Oculis aberrans scriba codicis primitivi ἀσφαλές posuerat ubi Ἄρτεμις debebat. Hesychius ἐνώπια, τὰ κατασκευὰ τοῦ πυλῶνος φαινόμενα μέρη, ἃ καὶ διεκόσμουεν ἕνεκα τῶν παριόντων. Idem προνώπια, τὰ ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν, καθάπερ ἐνώπια τὰ ἔνδον, ὅπου αἱ εἰκόνες τίθενται.

129. 130. παντὶ δὲ σθένουσι (σι in rasura M.) διωγμοῖσι δ' ἀσφαλέας (διωγμοῖσιν ἀσφαλές Rob.) M. G. E. Rob. Recepi quod Heathius invenit παντὶ δὲ σθένει et scripsi, ut sententia postulabat, διωγμοῖς ἔμοῖσιν ἀσχαλῶσα.

134. ἐέ M. G. Rob.

135. Libri ἀδάμαντον. Correxerit Bothius.

136. εἰ δὴ μὴ M. G. Rob. εἰ δὲ μὴ Turnebus.

Hesychius μελανθές, μέλαν.

137. ἡδιόκτυπον M. G. Rob. ἡ διόκτυπον Victorius. Emendavit Wellauerus.

138. Citant Etymol. Gud. p. 227, 37. et grammaticus in Crameri Anecd. Oxon. II. p. 443, 12. τόνταιον M. τόνταιον G. τόν ταιον E. τόν ταιόν P. τόν ταιόν in suo codice esse dicit Robortellus, ipse scripsit τόν ταγόν. Inde a Turnebo vulgatum τοῦγγαιον. Recte Wellauerus τόν γάϊον. De ceteris dixi in commentatione de quibusdam trilogiis Aeschyli: v. Relationes de actis societatis litterariae Lipsiensis a. 1846. p. 124. seq. [V. ad Θαλαμοποιούς, vol. I. p. 331.]

144. 145. ἄζηνιουσιω (ἄζηνι οὐσίω G. E. ἄζηνιουσιώ P. ἄζηνιουσιω cod. Robortelli) μῆνις μάστειρ' ἐκ θεῶν M. G. E. P. ὦ Ζεῦ Ἰοῦς ἰὼ μῆνις μάστειρ' ἐκ θεῶν Rob. ex coniectura. Interiectio ἰὼ nec recte collocata est, nec digna quae cum nomine Ius compararetur. Scholia codicum M. et G. ὦ Ζεῦ, ἡ παρὰ τῶν θεῶν μῆνις κατὰ Ἰοῦς ὠδῆς ἐστὶ καὶ μαστιγωτική. Patet ὠδῆς, quod in scholiis Robortelli et Monacensibus omissum est, ἰώδης esse. Quare in poetae versu ἰὼ posui. Virus pro odio dicit ut in Agam. 801. δύσφρων γὰρ ἰὸς καρδίᾳ προσήμενος ἄχθος διπλοῖζει τῷ πεπαιμένῳ νόσον. Magis proprie sic iram Furiarum vocat in Eumen. 470. 722. Quod μάστειρα scholiastae μαστιγωτική est, non mirarer, si Aeschylus in hac tragoedia, quae non pauca perantiqua et obsoleta verba habet, a μαστίειν formasset μάστιραν, quamvis insolita forma. Φθίρα quidem apud Stephanum Byzantium error scribae est veramque scripturam Φθίρα habet Eustathius p. 368, 7. qui ibi copiose de scriptura disserit, Herodiano auctore Choeroboscum Φθίρα solo τ̄ scribi memorans, quod nomen habuerit filius Endymionis. V. Choerobosci canones p. 86, 16. 346, 8. et epimerismos p. 4, 11. et Theognostum p. 41, 17. Goettlingio ad Theodosium visus est Herodianus τ̄ in Φθίρα, Φθιρός corripi iudicasse. Si ita statuit, vereor ne erraverit. Nam si mons Latmus Φθίρα eiusque incolae Φθίρες dicti sunt, Φθιρῶν ὄρος ἀκριτόφυλλον II. II. 868. contrarium docet. Quod si